

69.

1167—1199.

Konung KNUTS Befallning till Elfkarlebyboarne att ersätta all den skada som de gjort på 2:ne gårdar i Elfkarleby, dem Konungen, enligt hvad långt förut var dem tillkännagifvet, skänkt Munkarne i Juleta.

A. 3. h. 1: 8.

K. dei gracia rex suueorum omnibus inhabitantibus heluacharlaby. salutem & pacem his qui non oderunt pacem. Diu est postquam uobis notum fecimus quod duo predia de heluacharlaby cum suis appendicijs intuitu pietatis fratribus nostris monachis concessimus. dantes etiam ipsis plenariam potestatem statuendi & ordinandi prefata predia pro ut nos nostra & archiepiscopus sua. Verum in quos nostra manus fuit benigna uestra seuit uiolentia. adeo quod per uos passi sunt. XX. marcarum iacturam. Vnde haut modicum dolentes mandamus atque mandando precipimus. ut ablata in integrum usque ad ultimum quadrantem restituatis. & illos offendere deinceps non presumatis. Sui autem obstinata mente dampnum resarcire. donationem nostram ratam esse prohibere contenditis. certo certius tenentis. excessum uestrum detestabilem per nos sic puniendum quod fiet metus multorum. valete.

Sigillet, i gult wax, något skadadt, hänger på en pergamentsremsa. Jemf. Tab. 2. n:o 2.

70.

1167—1199.

Konung KNUT ERICSSONS stadfästelse för Nydala Kloster på fisket i Sken, som af kronan var inköpt för 3 mark guld.

A. 3. x. 1: 1.

K. dei gracia sweorum rex. filius herjejs itjdem regis. principibus & optimatibus. pacem bonam. & salutem in domino. Quia religiosorum frequens numerositas apud nos de die in diem augmentatur gratum nobis esse debet. & optabile. Jnde est quod quidam uirj sollertes de cenobio noueualis temporibus abbatis regnerj. sustentatjoni eorum consulte prospicjentes. terejam partem piscationis que uocatur skent tribus marcjs aurj a nobis publice emptam. suo deinceps dominio omnium iudicjo legaliter manepauerunt. Jgitur hanc sententjam. nostre auctoritatjs scripto. & sigillo confirmatam uniuersitatj uestre sollempniter notificamus. hanc emptjonem multjs testjbus corroboratam. affirmant. episcopus colo. Byrgo sweorum & guttorum dux jnclitus. philippus frater meus. Magnus. & karolus fratres dujs. fynwidus strych. Monachi. petrus noruegyensis. *) Thoraldus cellararius.

*) Öfverskrifvet: Petrus albus.

Touo filius stýrgi. conuersi. hagbardus. Guther. Aco. Propterea qui ei aliquo uolentj conamine obuiare uoluerjt. regie maiestatj obnoxium. & diuino anathematj. nisi resipuerit. se nouerit in perpetuo multandum. Diuina namque preuentus gracia. & religionis attactu. successores meos reges hortor. ut seruorum dei temporibus nostris inchoata subsidia. non permittant diminui. sed in bono augmentari. AMEN.

Sigillet bortfallet, men pergamentsremsan qvar.

71.

1167 — 1199.

Konung Knuts skrifvelse till Lagman Nils och innebyggarna i Finved, Wärend och Njuding med befallning att ingen vid lifsstraff skulle våga bistå Jacob Agmundsson att göra några ingrep vid fisket i Rusken, hvilket dennes bröder, höfdingarne Peter och GERMUND, i Kon. CARLS närvaro, offentligen afstått till Nydala kloster, med förklaring derjemte att denne Jacobs föregifvande, om en med Konungen skedd förlikning, ej ägde någon grund, och erinran tillika om förbudet att icke ens med mat och dryck förse denne, genom Biskopens bann, ifrån alla Christnas umgänge uteslutne förbrytare.

H. 1. a. 42.

KANUTUS swecie rex et princeps NICOLAO legifero et omnibus habitantibus finnethiam, werendhiam, niwdhwngiam, nostris jussionibus obtemperantibus, salutem et pacem bonam. Regnum, nobis a rege regum propicio deo collatum, cupimus in omni pace gubernare, precipue illorum, qui monasticis institutionibus dediti totis viribus omnipotenti deo assidue pro omnium salute satagunt supplicare. sed conatibus nostris tocius boni inimicus JACOBUS filius agmundi maliciose substitit, qui piscacionem in stagno amne positam, qui dicitur Rwsk, beneficio nobilium principum, petri uidelicet et germundi, vsibus fratrum de noua ualle publice donatam et a predecessore nostris pie defensam, diabolo instigante, et propria iniquitate compellente, sepius coram eis frangere et confunditus destruere aggressus est. Vnde pie memorie KAROLUS quondam rex et predicti terre huius principes petrus et germundus, proprius secundum carnem germanus supradictus jacobus, predictorum fratrum iniuriam pie miserantes et benigne consulentes, sub publica testificacione eis iureiurando contulerunt, et omnes actus jacobus irritos condempnauerunt. Sed quia nos, hoc ipsum regia auctoritate confirmantes, et cum nominatorum principum terre publica testificacione cum iureiurando eisdem fratribus eandem piscacionem delegantes, vniuersis, qui in hoc facto sepredictum jacobum adiuuant, tocius substantie amissionem vel proprii mei gladii uicisionem inferre conabor. De jacobus uero notum sit omnibus uobis, quod